

quia hac in sententia nostra formaliter constitit in obligatione ad totam penam temporalem culpae committit condignam, & aequalem, quae remitti potest vel per condonationem, & commutationem illius penae totalis in minorem, quo pacto remittitur hic in via; vel per solutionem illius totalis penae, & integratur fit in Purgatorio; Et quidem Scriptura non semel peccatum significat, non tantum nomine reus, sed etiam debiti, & obligatio ad satisfaciendum vel sustinendum penam pro culpa commissa, ut Matth. 5. reus erit iudicio, reus erit gehenna, & Matth. 6. dimitte nobis debita nostra, id est, peccata, & preterit venialia; ut exponit Aug. Cyprian. & omnes alii de Oratione dominice agentes, & Actuum 8. in felle amaritudinis, & obligatio iniquitatis videtur esse, & alibi frequenter sic loquitur Scriptura intelligens per reatum obligationem ad penam, quam intendit esse culpam, ut proxime, & immediate ex peccato resultat.

Neque hic sequitur, absque illo Dei beneficio, & dimissione, solentem penam in Purgatorio sibi dimittere culpam, quia adhuc vult Deum esse qui illi peccata dimittit illius satisfationis intuitu, reddendum est n. 276. in fine; tum quia in Purgatorio anime alie valde iuvantur per suffragia indulgentiarum, & merita Christi eis applicata ad illas penas patienter tolerandas atque dici non potest, animas illas penam solventes sibi peccata dimittere absque illo Dei beneficio.

Ad Confirmationem, quando etiam antecedens admitteretur, adhuc esse neganda consequentia, quia ut ipse quoad Brancatus fatetur in fine illius art. 17. diversimode delectur veniale in via, & in Purgatorio, hic enim delectur per satisfationem proprie dictam, quia sumus in statu merendi; ibi vero vel per satisfationem, vel per meritum precedentia in vita ad hunc finem relata ab ipso Deo; & licet solutio penae sit actus hominis non tamen fit sine beneficio, & adiutorio Dei, atque de dimissio culpae non debet praescribi homini adhiberi, penas illas toleranti, sed Deo principaliter.

274 Ad ult. negatur assumptum, quia licet anime non a se, sed ex Dei sententia in Infernum, vel Purgatorium detrahantur, hoc tamen interdui tollit hos & illas, quod anime in Inferno damnatae imoventer, & omnino invito poenas tolerant, & cum remuneratione, unde licet per talem penam tolerantiam possit eis a Deo remitti pena venialis debita, quae temporalis est, non tamen culpa, at anime in Purgatorio existentes libenter, & patienter poenas tolerant, atque ideo per talem penam solutionem eis a Deo remittitur non tantum pena venialis debita, sed etiam ipsa venialis culpa intuitu illius satisfationis; hic enim est quartus modus penitentiae a Scoto assignatus 4. dist. 14. q. 1. de secunda conclusione, etiam ad culpae delectionem sufficiens, ubi ait, quod poenitere hoc modo est penam sibi pro peccato suo inflictam patienter sustinere, & patet, quomodo hoc est penam tenere, quia non abdicere remunerando, unde committitur dicitur in hoc sensu sustinere, id est, sub actione agentis sibi poenam indulgentis, se illi conformando tenere, quem per attendi modum factus constat esse in Purgatorio, non tamen in Inferno; & hinc est, quod in Inferno potest veniale dimitti quoad penam tantum, non quoad culpam, ut dicitur lib. 2. dist. 6. q. 8. in Purgatorio autem quoad utrumque per satisfationem.

Tandem arguit, quia sicut nullus potest maculam peccati contrahere sub ratione culpae, nisi per actum liberum, & per aversionem a Deo, ita e contra non potest se liberare a peccato, nisi per actum propriae voluntatis in Deum convertatur, sed nisi voluntas peccatoris rectificetur, ergo per solam satisfationem culpa venialis in Purgatorio dimitti non potest.

Confirmatur, quia si per solam satisfationem possit veniale remitti, iam posset aliquis peccator penam sustinens remunerando, & contentendo, ab ipso peccato veniali absolvi, quod nequit concedi, quia per talem remuneracionem saltem venialiter peccaret, & ita poneret obicem ad remissionem. Denique quia iuxta hoc principium de remissione venialis in Purgatorio per solam satisfationem, posset quoque defendi, veniale etiam in Inferno remitti non tantum quoad penam, sed etiam quoad culpam.

275 Resp. non esse eodem modo discurrendum de remissione venialis in via, & in termino, in via namque certe habenda est de peccato commisso aliqua desertio saltem virtualis per actum voluntatis, quia sumus in statu merendi, at ibi sufficit libens, & voluntaria tolerantia poenae absque remuneracione, quae etiam est aliqua species desertionis, ad statum illum sufficiens pro peccati delectione. Ad Confirmationem negatur consequentia, quia licet ad penae solutionem sufficiat satisfactio, etiam involuntaria, & cum remuneracione tollerata, ut notat Doctor 4. d. 15. q. 1. sub P. & declarat exemplo illius, cui ob paratum delictum invito manus absceditur, hic enim sufficiens penam exolvit parati delicti, & nec debet ab eo poena ulterius exigi; hac tamen involuntaria, & coacta satisfactio cum remuneracione ad delectionem culpae non est sufficiens, talis autem non est satisfactio, per quam in Purgatorio venialia delentur, sed libens, & voluntaria, per quam in Purgatorio ad ultimum, non desinit satisfactio, qui ex eo principio deducunt, veniale etiam in Inferno dimitti non tantum quoad penam, sed etiam quoad culpam, ita Faber, Hiribarbes, & alii Scotistae pro-

babilius tamen est, posse veniale in Inferno dimitti tantum quoad poenam, quae temporalis est, non vero quoad culpam, quia satisfactio damnatorum omnino involuntaria est, atque coacta, atque ideo licet possit esse sufficiens ad poenam tollendam, cum enim in tali satisfactio servetur aequalitas iustitiae pro peccato puniendo, acceptanda videtur tanquam solutio sufficiens ad poenam tollendam, non tamen culpam, quia ad hoc ulterius requiritur, ut pena sit satisficiens tolerata, & sine murmuracione; ut ex professo declaratur est dist. 6. cit. de Peccatis q. 8. quomodo autem durante culpa inlaminatis peccati venialis possit cessare poena, & ordo ad eam, declaratur est ibidem praeter c. n. 230. Itaque concludendum est, animas in Purgatorio existentibus veniale dimitti tum quoad culpam, tum quoad poenam, non per bonum actum voluntatis, quem habeant, ut asserbat primus dicendi modus art. 4. relatus; sed vel ad solutionem poenae temporalis debite, ut asserbat tertius dicendi modus; vel intuitu meritorum in vita praecedentium, ut asserbat secundus; si enim ante mortem fuit obex, ob quem delicti non poterunt illorum intuitu, cessante obice per separationem anime poterunt illa merita taliter foris effectum, & uterque dicendi modus a Scoto approbatur loc. cit.

QUESTIO DECIMA.

An merita per peccatum mortificata per penitentiam reviviscant, & peccata dimissiva deant formaliter per subsequentes peccatum.

275 Circa primam quaestionis partem supponendum est ex communis Theologorum, dari tria operum genera, viva, mortua, & mortificata; viva dicuntur, quae sunt ab homine in statu gratiae, & charitatis constituto; ac prout vim habent perducendi ad vitam aeternam; Mortua dicuntur, quae sunt ab homine, in statu peccati mortalis existentiae, ac prout vim non habent perducendi ad vitam aeternam. Mortificata tandem dicuntur eadem opera, quae prius viva fuerunt, quia facta sunt in gratia, superveniente autem peccato mortali extinguuntur, quatenus impedita manent, ne habeant suum effectum in homine; quia peccatum, quod in peccato manserit, non tamen est de operibus bonis, quia opera mala non sunt mortua, ac mortificata, quam potius mortifica, aut mortalia dicuntur, quia generant mortem animae; Quasio igitur est de operibus terti generis, scilicet, de operibus bonis ab homine iusto elicitis, mortificatis vero per subsequentes peccatum, & sensus est, an nostra opera bona, quae prius viva fuerunt, & posita per peccatum mortale superveniens mortificata remanent, possint iterum per penitentiam reviviscere, ita ut iterum vim habeant perducendi ad vitam aeternam; Et quidem per veram penitentiam omnia opera bona reviviscere, & omnia merita per peccatum subsequenter mortificata, est communis Theologorum consensus, ut late tradidimus lib. 2. dist. 7. de Inquisitione q. 10. cum Scoto 4. dist. 22. q. 1. art. 2. Adhuc tamen verum est, valde inter se differere Theologos in explicando, quomodo merita reviviscant, & gratia deperdit recuperetur, quas omnes difficultates loc. cit. ex professo tractavimus; ita ut nihil quoad hanc primam quaestionis partem addendum remaneat, cum omnia ad hunc punctum spectantibus sint ibi ad amicum discussa, & resoluta iuxta notam Doctoris sententiam.

276 Circa alteram quaestionis partem, an peccata semel per penitentiam remissa iterum redeant per subsequentes peccatum mortale, sensus est, an praedicta peccata redeant quoad culpam, & quoad poenam, & quoad reatum, seu dignitatem poenae, & in hoc sensu dicitur, non ratum de lege Dei ordinari, sed etiam de potentia absoluta; Et quidem quomvis de lege Dei ordinari loquendo communis sit Theologorum consensus, peccata semel remissa per subsequentes peccatum non redeant neque quoad culpam, neque quoad dignitatem poenae aeternae, ita ut eadem culpa, aut obligatio ad penam redeat. Non deservunt tamen antiquiores, qui dixerunt, peccata remissa redire per quodvis peccatum mortale subsequentes; ita Hugo de S. Victoris, Gratianus, Guglielmus Parisiensis, quod etiam Magister sententiarum probabiliter putat; Alii vero apud D. Bonav. 4. dist. 22. art. 1. q. 1. dixerunt, peccata remissa redire, non per quodvis mortale subsequentes, sed per quatuor tantum genera peccatorum, quae sunt, odium fratrum, Apostasia & seditio, contemptus Confessionis, & dolor de penitentia habita. Sed major adhuc extat difficultas, an saltem redire possint de potentia Dei absoluta. Negant Soto, Vasquez, Becanus, Caspensis, Averfa, & alii Recentiores, Affirmant Scotus 4. dist. 22. q. 1. art. 2. cum omnibus Scotistis Valentia, Suarez, Amicus, & probabiliter putant Coninchus, & alii Recentiores, & quilibet in hoc sensu agitari potest, vel de reductu phyfici actus peccaminosi, an, scilicet, idem peccatum numero praeteritum redire possit, vel de reductu morali, an scilicet, idem numero peccatum iam remissum redire possit, non quidem physicum, sed quoad intentionem actus, sed moraliter quoad imputabilitatem malitiae, ita ut verus censetur maculatus, & a Deo averfus non solum propter peccatum de novo commissum, sed etiam propter praeterita remissa.

ARTICULUS PRIMUS.

Quaestio Resolutio de facto.

277 Primo Dicitur de facto, utique merita per peccatum mortificata per penitentiam reviviscere; peccata tamen semel remissa per subsequentes peccatum non redire, neque quoad reatum culpae, neque quoad reatum poenae. Conclusio est communis Theologorum consensus contra Antiquiores relatos, & praesertim Scoti 4. dist. 22. q. 1. art. 2. & quidem quoad primam partem factis consilium ex dictis lib. 2. dist. 7. de Inquisitione q. 10. quae hic repetere non oportet; Quoad secundam probat Doctor quibuslibet Scripturae locis, ut Nahum 1. non confurget duplex tribulatio, ubi legit septuaginta Inter preces, non puniet Deus bis in idipsum, ac si peccatum semel remissum rediret, idem peccatum bis puniret, & duplex tribulatio conflueret. Et Ezch. 18. si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatum eius, quos operatus est, non recordabor amplius, videretur autem Deus recordari, si antiqua peccata revocaret. Et Michae propheta dicitur in profundum maris omnia peccata vestra, ubi per maris profunditatem peccata eorum oblivio significatur. Et Rom. 11. sine penitentia iuno dona dei, id est, nunquam Deum penitet donorum, neque revocatur, quae semel dedit, si autem rediret antiqua peccata, iam remissio peccatorum revocaretur, quae est maximo Dei donum. Et quomvis Becanus cap. 32. q. 1. dicat haec, & similia loca non convincere, quia possunt exponi de sola remissione praesentis, tamen addita communis Theologorum estimatione, & frequentis Doctorum expositione, ut Averfa q. 5. s. 2. valent ad suadendum, taliter peccata remittuntur penitentiam extingui, ut ita se habeat homo, ac si illa non fecisset, & ita non iterum redeant, sed hominis amplius impunitur. Denique id probat Doctor auctoritate Gelasii Papae, quae refertur cap. Divina de Penit. dist. 4. cap. si illi c. 23. q. 4. Divina clementia peccata semel remissa iterum in ultionem redire non patitur.

278 Sed obicit solent quidam Scripturae loca, quae significant, Deum recordari peccatorum quae remiserat, ut Psal. 78. Ne meminere iniquitatum nostrarum antiquarum, & Psal. 108. in memoria redeat iniquitas patrum eius. Dein et Matth. 18. parabola de servo nequam aperte ostendit, peccata redire, nam servus ille, cui Dominus remiserat universum debitum, postea traditus est tortoribus, quousque redderet universum debitum, iam remissum; Denique merita semel mortificata iterum reviviscunt per penitentiam, ergo etiam peccata remissa redire per consequens peccatum.

Resp. praedicta loca intelligenda non esse de reviviscencia culpae, at poenae aeternae, sed de poena temporalis, quam Deus per differt, ita ut humano modo videatur oblitus; dicuntur vero rememorari, cum ea punit temporalis poena, five sint peccata propria, five parentum, quia soluta non erat condigna satisfactio. Ad parabolam de servo nequam ait Doctor loc. cit. in solutione ad 1. principale, per illam significatur, quod recidivus eadem pena damnationis adjudicatur, quia habuisset propter peccata propria iam dimissa, & equaliter, quantum ad durationem, non autem quantum ad intentionem, quo etiam modo explicat auctoritate Jacob. 2. qui in uno offendit factus est omnium reus, quantum scilicet, ad aeternam damnationem, quae est generalis poena omnium peccatorum mortalium, non autem quantum ad speciales gravitates singulorum iam remissorum; addit etiam, parabolam indicare antiqua peccata redire, non formaliter, & simpliciter quoad propriam culpam, & reatum poenae, sed secundum quid, & virtualiter ratione ingratitude, ut postea dicemus. Ad ultimum ait Doctor, magnam esse disparitatem inter merita, & demerita, quia merita per peccatum superveniens non delstruuntur, sed tantum impediuntur, ne habeant effectum in tali homine, ideoque sublato per penitentiam peccato, incipiunt rursum suum effectum habere, quod est reviviscere, peccata autem per gratiam sanctificantem non solum impediuntur, sed omnino delstruuntur, & ideo redire non possunt, & inquit Doctor, hanc esse superabundantem bonitatem, & misericordiam divinam, quia bona semper vivunt in ejus acceptatione, & semper efficit eius premissi retribuenti, nisi esset indispotio recipientis propter novam culpam; sed mala totaliter ex ringuntur, itaque nec in se, nec in intellectu, vel voluntate divina remanent in ordine ad vindictam.

280 Secundo Dicitur est, peccata per penitentiam dimissa regredi per subsequentes peccatum secundum quid ratione ingratitude pro modo circumstantiae aggravantis. Haec etiam est communis, quam probat Doc. loc. cit. art. 3. quia quanto alius recipit ab alio beneficium sibi magis indeditum, tanto magis ei tenetur lege gratitudinis, etiam si beneficium acceptum sit minus, & per consequens magis si beneficium est aequale, sed existit in peccato mortali, nullus est Deus debitor, nisi poenae; igitur si sibi gratiam conferat, hoc erit donum maxime gratuite, & liberatum datum, & preciose est gratia aequalis gratiae collatae alii innocenti, ergo iste ex lege gratitudinis est Deo specialiter obligatus propter hoc donum, adeo liberaliter collatum, & per consequens offendens peccatum mortale contra eum propter ingratitude. Dixi autem, ob circumstantiam ingratitude in quocumque peccato repletam redire peccata dimissa tantum secundum quid, & virtualiter, non

vero formaliter, & simpliciter, quia circumstantia ingratitude, quamvis aliquo modo peccatum aggravet, quatenus magis ingratus est, qui peccat post remissionem acceptam multorum peccatorum; non addit tamen talis circumstantia speciem malitiam, nisi quando tale peccatum, in quo reperitur, in contemptum accepti beneficii expresse committitur, sicut neque in inobedientia specialis committitur peccatum, nisi quando non obediunt ex superioris contemptu, vel ex animo expresse ei non parendi, ergo in ingratitude generali in quocumque peccato repleta specialis circumstantia non invenitur, ob quam peccata remissa redeant quoad malitiam speciales, & poenae reatus; & ita significavit Doctor loc. cit. art. 3. sub lit. P. cum inquit, quod isto modo jam explicato omni peccato conjungitur inobedientia, & contemptus, & odium Dei, & ingratitude, & huiusmodi, non quod peccator tunc habeat actum pertinentem ad singula illorum, id est, expressam intentionem non parendi, affectum contemnedi beneficium, &c.

281 Hinc sequitur, nec propter circumstantiam ingratitude, sed semper esse tantum reatum peccati subsequentis, quantum erat peccatorum praecedentium, quia ingratitude solum auget subsequentis peccatum intra eandem speciem, sicut ergo subsequentes peccatum aliquando est inferioris, aliquando superioris speciei, quam erant praecedentia, sic etiam reatus illius aliquando est major, & aliquando minor; Nec etiam ratione ingratitude, quae per subsequentes peccatum incurrit, peccata commissa redeant, nec quantum ad culpam, nec quantum ad poenam, non quantum ad culpam, sed maculam, quia licet etiam hic in privatione gratiae ponatur, aliquid modo consistere, saltem connotative, & concomitante, dicit per subsequentes peccatum re vera redeat quoque privatio gratiae, tamen haec privatio rationem maculae habere non potest, nisi in quantum relata ad actuale peccatum de novo commissum, quatenus ex illo orta, & causata, siquidem non redit ex vi priorum peccatorum, sed tantum de novo provenit ex novo peccato, atque ideo maculae semel delata non redit. Nec etiam peccata remissa ratione ingratitude redeunt quantum ad poenam, eam scilicet, quae remissa fuit, nam illa poena comitatur culpam, & cum culpa recedit, & hoc non solum de poena sensus intelligendum est, sed etiam de poena damni; quia licet per peccatum subsequentes privationem gloriae in qua poena damni consistit, peccatum de novo incurrat, tamen privatio gloriae non est poena, nisi proit occurrat ex merito culpae, at homo de novo peccans privationem gloriae iterum non incurrit propter priora peccata, sed solum ob novum peccatum, sicut de privatione gratiae dictum est, ergo haec nova gloriae privatio jam non erit poena priorum peccatorum, sed tantum novi peccati post justificationem commissi. Adhuc tamen verum est, quod sicut in peccato sequenti gravatur malum culpae ratione circumstantiae ingratitude, ita etiam gravatur malum poenae, quoniam gravius peccatum major debetur poena tam aeterna, quam temporalis, & hoc intelligendum est, non tantum de poena sensus, sed etiam de poena damni, non quantum ad id, quod primum, quia omnes damnatae aequaliter beatitudine privantur, sed quantum ad amaritudinem, & tristitiam sequentem hanc privationem, quae major est in uno quam in alio ratione gravitatis peccatorum.

282 Sed Dices, si Deus puniat hoc fecitulum peccatum gravius, quam puniret, si nulla praecessisset aliorum remissio, ratione circumstantiae ingratitude, quae per ipsum incurritur, sequeretur peccatum minus grave magis, vel aequale puniri, ac magis grave, quod divine iustitiae repugnat, consequentia probatur, quia gravior est homicidium, quam furtum, & iuxta praedictam doctrinam si furtum committatur per homicidium remissum, gravior puniretur, vel aequale, ac ipsum homicidium fuisse puniendum, si homicidium absque remissione moti contingeret.

Respondet Aretinus 4. dist. 22. q. 1. art. 3. praedictam conclusionem esse intelligendam ad hunc sensum, quod peccatum commissum post penitentiam sit gravius, non quocumque peccato remissio universaliter loquendo, sed alio peccato ejusdem speciei v. g. furtum commissum post homicidium dimissum est gravius ceteris partibus alio furtum, non tamen est gravius ipso homicidio jam dimisso, itaque fieri debeat comparatio non cum peccato dimisso, sed cum alio ejusdem speciei; Verum nullum videm inconveniens, quod furtum commissum post homicidium dimissum dicatur illo gravius ratione circumstantiae ingratitude, quae est cum furtum annexa; sicut furtum rei sacrae, vel in loco sacro, licet ex objecto sit peccatum minus grave, quam sit homicidium, tamen ratione circumstantiae loci sacri dici potest gravius ex hoc capite ipso homicidio, & hoc universaliter verificatur in omnibus peccatis aeterna malitia ex circumstantiis contracta.

At hic insurgit dubium, an ratione ingratitude gravius sit peccatum post penitentiam commissum, vel post innocentiam; Divus Thomas quem sui sequuntur, 3. part. q. 88. art. 2. significat, gravius esse peccatum post penitentiam commissum, quam post innocentiam. Ratio est, quia ingratitude non tantum spectatur ex parte doni, vel beneficii accepti, sed etiam ex parte accipientis illud; unde sicut ingratitude tanto major est, quanto magis est donum, sed beneficium acceptum, sic etiam tanto major est, quanto magis indignus

Indignus est, qui beneficium accipit, quia magis obligatur ad gratitudinem; Cum ergo remissio peccatorum conferatur homini magis indigno, quam donum Innocentii, magis etiam obligat ad gratitudinem; ergo qui est peccator post remissionem, & penitentiam, gravius peccat ratione ingratitude, quam qui peccat post innocentiam; Pro resolutione huius difficultatis.

23. Tertio Dicendum est, gravius peccare ratione ingratitude, calentem ab innocentia, quam a penitentia. Est Scoti cum suis *ar. 3. cit.* quod probatur quia tanta aliquod peccatum est gravius, quanto beneficium acceptum est maius; sed longe maius beneficium est conferre alicui in statu innocentie post baptismum, quam deesse doctori, contulit Deus suam Matrem, quam Magdalenam; ergo gravius peccat, qui cadit ab innocentia, quam qui a penitentia.

Confirmatur, quia quanto status est perfectior, tanto lapsus est gravior, sed perfectior est status innocentie, quam penitentie, ut patet, nam singularis est gloria, & ornatus in Beatis, nunquam cecidisse, ergo &c. Tandem beneficium innocentie includit etiam beneficium penitentiae, siquidem, conferre alicui in statu innocentie est quoad modum remittere peccata, quae commisit, nisi praeservatus fuisset, sicut enim dicitur, B. Virginem fuisse ab originali redemptam, non quem contra, sed contrahendo, nisi praeservatus fuisset, sic pariter cum veritate dicere possumus, quod innocenti sunt dimissa peccata, non commissa, sed committenda, si non praeservatus fuisset. D. Aug. 10. Confess. dicebat, *Gratie tuae Domine repeto, quae cumque peccata non feci, & commisit, inquit Doctor, gloria eiusdem super illud, & commissa, & non commissa donantur;* ergo peccata non commissa dicuntur quodammodo dimissa, quia homo praeservatus, nec cadit.

Hinc patet ad fundamentum oppositum, quamvis enim penitentia alicui fortiter excusetur ex parte recipientis, quam nimirum confertur indigno, tamen hic excessus non est pars, sed ceterior illo excessu, & dignitate, quae includitur in dono innocentie, & non per beneficium penitentiae. Neque adhuc sufficienter probatum est ad Adversarii, quod ille excessus ex parte recipientis ita superet excusum doni innocentie, secundum se ut constituit maius beneficium simpliciter; dicit enim, ideo maius esse beneficium remissionis peccatorum dono Innocentiae, quia magis gratuito confertur, siquidem donum penitentiae confertur indigno, quod totum utique verum est, sed hoc non sequitur, ut dicebam, quod dici debeat maius beneficium, quam sit innocentia simpliciter, & absolute loquendo sed tantum secundum quid, nam donum quoque innocentiae licet non conferatur indigno positive, ut donum penitentiae, confertur tamen indigno negative, scilicet, non digno. Tum quia, si etiam consideremus beneficium, ex parte subjecti, & recipientis, cuius maioritas, & minoritas potius est maiori, vel minori commodo, quod illi affert, attendi debet, quam ex eius maiori, vel minori indignitate ad illud recipiendum; maius autem est commodo ex preservatione a peccato, quam ex liberatione a peccato incurso; quamvis ergo verum sit, peccatum inducere indignitatem positivam in recipiente, quia confertur gratia inimico, & quoad hoc sit excessus, tamen hic ipse excessus attenditur perfectius, & eminentius in preservatione, quia quis praeventur, ne fiat inimicus, unde praeservatio, ut respicit peccatum, quod inest, maius est beneficium, & maiorem inducit obligationem gratitudinis, & consequenter peccatum innocentis ceteris paribus esset gravius ex hac circumstantia ingratitude.

284. Quarto tandem dicendum est, quod si loquamur de eo, quod iam ordinari sit apud Christianos, semper maior est ingratitude peccati post remissionem, quam post innocentiam baptismalem; Et ratio est, quia qui iam peccat post remissionem, non solum peccat post acceptum beneficium remissionis, sed etiam post beneficium innocentie baptismalis, atque ideo duplici titulo censetur ingratus, & gravius peccat ex hac circumstantia, ut notavit Becanus. *34. q. 4.*

Sed hic occurrit difficultas, an peccator, qui damnatur ob aliquod mortale peccatum, in quod prolapsus est post obtentam peccatorum praecedentium remissionem, perpetuo puniendus sit, non solum pro peccato, in quod prolapsus est, verum etiam pro peccatis antea dimissis.

Resp. Thomae passim, quos sequitur Bonacina *d. 6. q. 6. sect. 3. punct. 3.* puniendus esse non solum pro mortali, in quod lapsus est post obtentam aliorum remissionem, verum etiam pro peccatis quoad culpam dimissis, pro quibus nodum in hac vita satisfecit, quo etiam modo succurrunt de pena venialis conjuncti cum mortali; Ratio est, quia licet pro peccatis mortalibus quoad culpam dimissis debeat pena tantummodo temporalis; tamen per accidens pena fit aeterna, quia cum pena tollatur satisfaciendo, & in inferno non fit satisfactio, sequitur, damnatum ob peccatum commissum post obtentam aliorum praecedentium remissionem perpetuo puniendum esse, non solum pro peccato, in quod relapsus est post praecedentium remissionem, verum etiam pro peccatis antea remissis, pro quibus in hac vita non satisfecit. Secus si pro ipsis in hac vita satisfactioem praerit, nulla enim in tali casu debetur pena pro peccatis quoad culpam, & quoad penam remissis, nisi forte ratione ingratitude.

Negative tamen respondendum est cum Doct. *4. d. 21. q. 1. lit. b.* ubi inquit, inconveniens non esse, penam debitam veniali habere terminum in Inferno, quia etiam vere penitens primo de mortali, & partem penitentiae impositae explet, & ante totam explet, & redivivens in mortale, etiam in illo mortali decedens pro parte penitentiae remissa expleta solvent penam in Inferno, sed non in vita temporalis, quia ex quo in remissione priorum peccatorum commutatur debitum penae aeternae in debitum penae temporalis nunquam iste est debitor, nisi penae temporalis, & per consequens pena temporalis soluta, erit liber ab illis; licet non sit ibi satisfactio, et tamen factis passio, quae ad hoc sufficit, nam pena solvi potest, quantum iustitia debetur per solam satisfactionem involuntariam, ut declarat Doct. *4. dist. 15. q. 1. ar. 4.* exemplo illius, cui ob offensam in Principe invito manus abscinditur, hoc enim adeo sufficit Principi, quod iuxta hanc nostram sententiam longe melius defenditur, quod peccata dimissa non redunt per subsequentes peccatum quoad reatum penae, quam in opposita asserente, penam hic non solum mortalem dimissis, in Inferno prosequi debere eternaliter; Pari enim relict dicitur, quod per accidens talis pena fiat aeterna ratione peccati subsequentis, cum quo peccator ex hac vita decedit; hoc enim est, quod queritur in presenti, an peccata dimissa saltem per accidens ratione peccati subsequentis redire possint de potentia ordinaria quoad culpam, vel saltem quoad penam, igitur eo ipso, quod coe dicitur, redire posse quoad reatum penae, licet peccati subsequentis, cum quo peccator ex hac vita decedit, si absolute concedatur, quod simpliciter redire possint etiam de potentia ordinaria quoad reatum penae; ut bene Almainus nolter advertit *4. d. 12. q. unice. ar. 2.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Questionis Resolutio de possibili.

285. **I**am diximus ab initio questionis, controversiam hanc esse posse, vel de reducti physico actus peccaminosi quoad entitatem actus, quoad moralem imputabilitatem; *Sec. 4. d. 22. cit. q. unice. ar. 1.* non resolvit questionem in primo sensu, sed tantum in secundo; Faber *disp. 4. c. 1.* etiam quoad hanc partem questionem affirmative resolvit, nempe quod ipse actus peccaminosus, seu actualis pro formali de potentia Dei absoluta potest eadem numero redire postquam remissionem, ut modo fit; quod probat ex eo, quod docet Doct. *4. d. 43. q. 1. ar. 2.* ubi probat, eundem effectum, & idem corpus jam corruptum posse idem numerum redire per potentiam Dei absolutam, & similiter, quod accidentia omnia, quae inerat, possunt eadem numero redire, ex quo principio sic arguit; culpa actualis pro formali est carentia reductitudo debita tali actui, quae est privatio, seu accidens privativum concomitans illum actum; sed hic est, quod Deus potest facere redire eundem actum postquam, & quoad materiale eundem numero, ergo potest facere, quod eadem deformitas, & inordinatio, quae prius fuit in illo actu, redeat eadem numero; Hoc defendit Amicus *disp. 7. sect. 2.* consummili ratione. Sed pro resolutione.

286. Primo dicendum est, quod licet idem actus numero, quod est materiale peccati post idem numerum redire quoad entitatem, & substantiam actus, non tamen quantum ad malitiam, & deformitatem; Ita Almainus, Arretius, Hiquaeus, & Scot. alii passim *d. 22. cit.* Et quidem quoad primam partem, clare deducitur ex illo generali principio, iam in Physicis probato, quod de potentia Dei absoluta potest idem numerum effectus reproduci, quare sicut Deus eundem calorem reproducere potest, ita eundem actum, qui erat malus, potest reproducere, atque ita redibit in esse actus, & etatis, sed non in esse peccati. Quod vero quantum ad malitiam, & deformitatem reproduci nequeit, solide probat Almainus, quia non potest idem actus numero redire etiam in ratione qualitatibus, nisi per Dei omnipotentiam, & per etiam speciale, concurrens praeter rei ordinem, & exigentiam, alias rediret naturaliter sine miraculose effectum, & quod ipse actus sit malus malitia culpae, quia tunc equaliter alius effectus malus auctore Deo, sicut effectus bonus, cuius oppositum docet Aug. *4. d. 37. q. 3.* dicens, quod Deo auctore non modo fit deterior, ergo non est possibile, eundem numero actum redire quantum ad esse culpae, sed quantum ad malitiam, nam repugnat divina bonitati uti miraculis ad producendum actum peccati.

Resp. Amicus *loc. cit.* in hoc nullam esse repugnantiam, etenim sicut nulla est repugnantia, ut Deus creaturam determinat ad hunc vel illum individuationem actus peccati, ita nec ut illum determinet ad eandem numero individuationem corruptam, & sicut non repugnat, quod reproducat eundem numero actum absolute loquendo, ita neque repugnat, ut reproducat eundem numero actum peccati ex suppositione, quod creatura liber velit se determinare ad eandem speciem actus. Verum aliqui dicunt, id repugnare, quia Deus determinatum creaturam ad hunc actum individuum peccati, dicitur causa talis peccati saltem in individuo, si non in specie; Sed admittendo quod Deus suo concursu universaliter loquendo determinet liberum arbitrium ad individuum actus, ut salvetur possibilitas operandi

operandi liberi arbitrii, quae nequit ex infinitis possibilitatibus eiusdem perfectionis individuis, nisi ad aliquod illorum deter mineretur à Deo, unum pra aliis producere, ut dicitur *lib. 3. disp. 1. q. 3.* de concursu Dei cum causis secundis; adhuc admitti nequit, possibile cum libero arbitrio eundem actum peccaminosum reproducere quantum ad malitiam, & deformitatem, quare reproduci eundem numero concursum cum libero arbitrio ad non faceret ut causa universalis, sicut modo facit, neque per concursum generalem, quia id non faceret iuxta naturalem rerum exigentiam, sed hoc faceret ut causa particularis, & miraculosa, ut ad producendum actum peccati ordinem; implicat autem, Deum esse causam particularis actus peccaminosi, & miraculosa, ut ad producendum actum peccati, quod licet liberetur de gloriis, Amicus, mihi tamen videtur valde absurdum, & divinae bonitati repugnans.

287. Neque ratio Fabri adducta contra remissa concludit, quia licet idem actus numero redire, non tamen eadem malitia rediret in numero, sed alia per differentem numerum voluntatis conatum de novo repetitum, ut ait Hiquaeus, quare non voluntatis conatum loquendo idem numero individuum peccati moraliter, quamvis physice esset idem, quia quantum ad determinationem, & conatum voluntatis, esset novum exercitium libertatis, & in pena, & malitia aequivaleret plurius numero peccati, nec consequenter esset eadem privatio numero, sed diversa, & esset defectus novus non antiquus liberi arbitrii, licet physice esset idem actus.

Secundo dicendum est, implicare etiam de potentia Dei absolute, redire eadem peccata remissa per subsequentes peccatum quoad imputabilitatem, & ordinationem ad penam, posita remissione, prout de facto fit, postea tamen redire, & Deo alio modo remittere nimirum si remittere culpam non absolute, sed sub hac conditione, quod iterum homo non peccaret; Ita Doct. *loc. cit. ar. 1. lit. B.* Almainus, Arretius, Hiquaeus, & alii Scoti ibidem, & Amicus, & Suarez, & alii Recentiores, ratio est, quia de facto remissio fit absolute absque, alia conditione de futuro, implicat autem, facta remissione absolute sub nulla conditione de futuro ea redire quoad imputabilitatem, quia ut dicitur Amic. *loc. cit.* ex doctrina Scoti ut possint redire quoad imputabilitatem, debent non esse omnino, & absolute deleta, nam quod est absolute deletum, omnino non esset, ergo redire non potest redire moraliter, & per imputabilitatem, quia hic reditus non fit per actionem physicam, peccata praeterita reproductentem, sed per moralem resuscitantem, ut easque ad peccatum non imputabantur, incipiant ad peccatum imputari, quod autem hoc modo redit, supponitur non esse in se absolute deletum sed tantum sub conditione; & ita etiam Doctorem intelligit Suar. *disp. 13. sect. 1. n. 10.*

At inquit Faber, falsum esse, hanc esse Scoti intentionem, loquitur enim Scotus de peccato absolute sumpto, & ait, illud per potentiam Dei absolute redire posse, & cum ait, Deum posse velimittere culpam pro alio tempore sub hac conditione; si iterum non offendat, non vult dicere, quod dimittat peccatum, non absolute, sed sub conditione illa; sed vult dicere, quod potest dimittere penam absolute, & non determinari, si iterum offendat, nolle punire, sed potest absolute penam dimittere abstrahendo ab hoc quod offendat, vel non offendat; hanc esse Doctorem, intentionem, deducit ex replica contra responsum primam tacitam datam de sermo manuscripto, nam servus manuscripto absolute liberatur, non sub conditione, tamen si offendit, offensiva illa meretur redire ad servitutum, non quia liberatio illa fuerit conditionata, sed quia liberatio illa absoluta non tollit, quia pena per offensivam accedentem redire non possit. Quando igitur Doctorem asserit, peccata dimissa per potentiam Dei absolute redire posse quoad imputabilitatem, & ordinationem ad penam, ita Faber intelligit, quod intendat Doctorem aliquid modum remissionis diversum ab eo, qui est de presenti, & scilicet ad omnem conditionem, itaque quamvis absolute, & sine ulla limitatione fiat remissio praeterita, tamen de potentia absoluta Deum posse facere, ut eadem reviviscat, quia sibi libertatem non admittit, & potestatem iterum puniendi, si velle.

Ceterum argumentum Doctorem, quod probat, peccata dimissa de potentia Dei absolute redire posse quoad imputabilitatem, & ordinationem ad penam, expr se includit diversum modum remissionis, & conditionis, sicut etiam eandem includit conditionem manuscripto serviti, saltem implicite patet in probatione sequentis conclusionis; Hanc etiam esse Doctorem intentionem, recte colligit Hiquaeus *ex 2. art. illius* quod, in quo docet de potentia ordinaria non posse redire peccatum dimissum quoad penam aeternam, quia quando possibile est alicuius effectus ad potentiam Dei absolute rediret, sumitur potentia Dei in sensu diviso, & ut praesentit ad determinationem particulari, & opposita quam habet iuxta praesentiam, & fundata in potentia ordinaria, reducit ad voluntatem Dei, quae absolute remittit illam penam cum peccato, & consequenter absolute remissio inducit semper eundem effectum, & imputabilitatem oppositi. Altera conclusio patet probatur in sequenti.

288. Tertio dicendum est, de potentia Dei absolute loquendo posse redire eadem peccata remissa per subsequentes peccatum quoad

imputabilitatem, & ordinationem ad penam, supposito diverso remissionis modo ab eo, qui nunc fit nimirum si remittere culpam non absolute, sed sub hac conditione, quod iterum homo non peccaret. Ita Doctorem loc. cit. quod probat, quia potuit Deus ea conditione nobis peccata remittere, ut de novo peccantibus redirent priora remissa quoad moralem imputabilitatem; sed si hoc modo remitterentur, verè illa reipsa deleterent, per gratiam, & rursus amissa gratia eadem redirent per moralem imputabilitatem, ergo &c. maiorem probat Doctorem, quia voluntas sua hoc potest velle, scilicet illum primo ordinare ad penam, & secundo velle non ordinare ad penam sub conditione, scilicet si iterum non offendat, & si iterum offendat, velle eum ex tunc ordinare ad eandem penam; ita ergo divina voluntas potest velle, quod si quis peccet, & penitentiam agat, non sit amplius pena aeterna reus; ita tamen reatus, ordinatur ad eandem penam, sicut prius, quo facto idem debetur, ideo, eadem obligatio ad penam eandem, & ex eadem causa eadem numero redire potest, quamvis enim sit obligatio pro alio tempore, non sequitur, quod sit alia obligatio, quia est ad eandem penam, & ex eadem numero causa.

Contra id Almainus loc. cit. quae etiam ratione utitur, Amicus, quia non repugnat, praeterita peccata absolute abolita eadem numero reviviscere, ut supra dictum est, ergo nec demerita gratia conlata redire eadem numero, sicut ergo quando quis cadit à gratia, ita mortificantur merita praecedentia, quod amplius non acceptatur à Deo, secundum praesentem iustitiam ad vitam aeternam, & nihilominus si postea resurgat, acceptatur à Deo secundum praesentem iustitiam ad eandem gloriam, ad quam acceptabantur, antequam à peccato mortificarentur, & quidem ad eandem gloriam numero, & ratione eiusdem numero actus: Ita pariter potest Deus statuere, quod qui peccaverit, penitentiam agat, non amplius ob illud peccatum ad aeternam penam ordinetur, sed si tibi ab eadem eadem rursus numero penam ordinetur, ut prius; Et quidem hanc paritatem negari non potest, nam scit meritum destruitur per peccatum, ita peccatum deletur per gratiam, cum non minus iustus desinat esse talis, superveniente peccato, quam minus iustus desinat esse talis superveniente gratia; sic ergo possunt priora peccata absolute abolita, superveniente gratia reviviscere in ratione meriti; sic & priora demerita abolita per gratiam, superveniente peccato reviviscere in ratione demeriti.

289. Respond. Vaf. *q. 89. ar. 5. dub. 1.* negando paritatem, quia non eodem modo peccatum destruitur per meritum, ac meritum iustificans destruit peccatum, nam efficacious est meritum ad destruendum peccatum, quia peccatum ad destruendum meritum, quia meritum destruit peccatum satisfactioe condigna, quod autem condigne satisfactum est, non potest amplius iuste exigere peccatum, aut non destruit meritum, quia meritum destruitur per peccatum, licet tale vis impediat peccatum, quod sub lato itatim vis redit ad praemium, quae etiam est doct. Scot. in quest. *art. 2. sub. F.*

Ceterum hoc totum verum est de facto, & est ordinatione divina, non vero ex natura rei; quod enim de facto peccatum non tollat, quin meritum semel in gratia factum semper vis habeat ad praemium, non provenit ex natura rei, sed ex ordinatione divina, ut docet D. Bonav. *4. d. 14. p. 2. q. 3. ar. 2.* & ita etiam loquitur Sc. loc. cit. ubi inquit, quod licet hoc alio modo possit reduci ad iustitiam, principalis tamen provenit ex superabundanti bonitate, & misericordia divina; Etenim si impliciter, & absolute loquendo, praevia ordinatione divina, saltem est efficacious esse meritum ad destruendum peccatum, quia peccatum ad destruendum meritum; etenim, ut arguit Amicus loc. cit. vel loquimur de efficaciae physica, vel moralis; si de prima, eodem modo se invicem expellunt peccatum, & meritum iustificans, sunt enim contraria, quorum non minus unum aliud expellit, quàm è contrà, & hoc praesentim in sententia asserente, gratia, & peccati ex natura rei oppositi, si verò sit sermo de moralis, efficacious est peccatum simpliciter, & absolute loquendo ad destruendum meritum, quia est contraria, quia indignus est peccatum, ut potest contra Deum, quàm sit dignum meritum, ut potest ab homine; ergo efficacious est peccatum ad destruendum moraliter meritum, quia maiorem ponit indignitatem in subiecto, vi cuius destruat meritum, quàm ponit dignitatem meritum, vi cuius destruat peccatum; quod si oppositum de facto accidit, hoc provenit principaliter ex superabundanti bonitate, & misericordia divina, ut inquit Doctorem loc. cit.

290. Ex his ergo patet, quomodo de potentia absolute possit redire obligatio ad eandem penam in recidivante, & quomodo possit Deus peccata remittere sub conditione, si iterum homo non peccaverit; Nunc igitur restat ulterior difficultas, An etiam in non recidivante potest eadem numero obligatio ad penam redire, hoc est an Deus possit peccata remittere ad certum tempus, quo elapso statim illa quoad primum culpam, & moralem imputabilitatem redirent independenter ab ulla conditione, & novo peccato ipsius hominis, Negant aliqui, quia in eo casu praeterita peccata non redirent voluntate hominis, sed Dei, hoc autem videtur impossibile, cum Deus non modo nequeat esse auctor peccati, sed neque reditus pec-

tus peccati. cum ipse reditus peccati sit mor. malus, & peccamin. Confit. quia non potest peccatum semel efficaciter a peccatore retractatum sub ratione culpae, & moralis imputabilitatis redire, nisi opposito adu ab eodem retractetur prior peccati retractatio. Tandem, quia Deus de potentia absoluta nequit punire pena per punitionem, quae sit actus iustitiae vindicativae, & ex motivo eius, nisi supposito debito poenae in reos; si ergo est semel a peccato absolute usque ad poenam eius, nequit iterum redire pena eadem sub ratione poenae proprie dictae, quia haec supponit culpam. Pro resolutione difficultatis huius.

291 Quarta dicendum est, Deum de potentia absoluta posse ad certum tempus peccata dimittere, quo elapso redeat rursus obligatio ad eandem poenam independentem a novo peccato. Ita Doctor

Le. ar. 1. in fine. idum inquit, quod potest de potentia Dei absoluta peccatum idem numero redire, non solum in recidivante, sed in non recidivante; sequuntur Scotus, passim, & Amic. Le. cum aliis Recentioribus; Ratio est, quia nulla apparet repugnantia, cur non possit Deus sitam gratiam infundere, ac proinde offensam condonare, & hominem in sui amicitiam recipere, & post aliquod tempus eandem gratiam ab eo subtrahere, non ob novum peccatum; sed in odium praeritae offensae, non absolute, sed ad certum tempus condonatae; Et in tali casu loquitur Doctor Le. ut exponit Hicquasquod, scilicet talis remissio poenae esset a Deo pro tempore alicui determinata, ita ut poena non remitteretur absolute, & simpliciter pro omni tempore, sed pro aliquo tantum, & revivisceret pro tempore sequenti; tunc enim expirato tempore remissionis rediret poena etiam propter peccatum praeteritum; in hoc non est repugnantia, ut dicebam, quia remissio poenae pro aliquo tempore tantum esse beneficium collatum peccatori, & obligatio ad poenam pro alio tempore, si supervenisset, esset ex debito peccati praeteriti, & remissio pro tempore praecedenti; posset ergo ex tali modo remissionis redire poena, seu debitum eius etiam in non recidivante, ut inquit Doctor.

Resp. repugnantiam esse, quia implicat, Deum per gratiam ut amicum ad hominem converti, eique offensam condonare, & ad huc contra eum odium inimicitiae pro futuro tempore propter eandem offensam sibi reservare; nam simul esset amicus propter amabilem conversionem, & inimicus pro odium, quod contra eundem pro futuro tempore sibi reservaret; tum quia simul remitteret offensam per infusionem gratiae iustificantis, & non remitteret offensam per odium, quod adhuc contra talem hominem retineret pro tempore futuro.

Sed falsum est omnino, Deum in tali casu simul fore amicum, & inimicum pro eodem tempore, & respectu hominis eodem modo se habentis, etenim ut scite dicitur A. corius Le. esset amicus pro uno tempore, & inimicus pro alio; diligeret hominem, ut amicum, praedictum sua gratia, & odiret eundem, ut inimicum sua gratia privatum in poenam peccati praecedentis non absolute condonati, sed ad certum tempus; quemadmodum de facto eundem reprobum diligit Deus, ut amicum secundum praesentem iustitiam, & odit ut inimicum secundum futura demerita; Et falsum omnino est, quod dicebatur in responsione, Deum pro praesenti tempore retinere odium contra talem hominem, pro tempore, inquam, determinato remissionis peccati; nam jus tantum retineret ad illud remedium pro futuro tempore per subtractionem suae gratiae in poenam peccati praecedentis de novo redeuntis, sicut modo facit in reprobo secundum praesentem iustitiam iustificato, jus autem ad futurum odium retinendum contra peccatorem in poenam peccati praecedentis non repugnat cum praesenti dilectione amicitiae; quod adhuc magis patebit in solutione argumentorum contra praecedentem conclusionem.

282 Hinc patet ad rationes oppositae sententiae; Ad primam negatur maior quod in eo casu peccata hoc modo condonata redirent sola voluntate Dei, non hominis, quia Deus in tali casu non esset causa reditus peccati per se influens in peccatum, sed solum quatenus peccata non essent ab ipso absolute remissa, sed tantum pro certo, & determinato tempore; hae autem non absoluta remissio, sed pro tali, & tanto tempore, mala non est, cum iure Deus possit illam absolute non concedere, sicut etiam potest omnino eam non concedere; & pro nullo tempore, cum enim remissio peccati fiat per infusionem gratiae, talis remissio est gratuita, & ex Dei liberalitate procedens, non ex iustitia; quod idem nullum est absurdum, quod ex hac sola Dei voluntate non absolute peccatum remittente, sed tantum pro tempore determinato, quo elapso peccatum praeteritum redeat. Ad Confr. negatur assumptum, quia peccatum in ratione offensae, & iniuria contra Deum, sola peccatoris retractatione tolli nequit, sed praeterea etiam a Deo remitti debet per gratiae infusionem; unde sic Deus etiam postea peccatum retractatione potest illud non remittere, quia remissio talis gratuita est, modo dicebamus, ita potest illud ad certum dumtaxat tempus condonare.

Dices talis offensae redeat culpabilis, dehet redire, ut voluntaria ipsi peccatoris, sed in tali casu voluntaria non esset, nec nova voluntate priorem poenitentiam retractante; nec pristina voluntate, qua primo commissa fuit, quia haec supponit efficaciter retracta-

ta per contritionem. Resp. talem retractationem peccatoris non meruisse de condigno, & efficaciter peccati remissionem, sed tantum de congruo, & sufficienter; & ideo quia hac ratione ex sola Dei voluntate potest peccatoris retractatio acceptetur, vel non acceptetur pro offensae sibi illatae; ita ab eadem sola pendet, ut acceptetur pro uno tempore, non pro alio; unde in hoc casu rediret voluntaria pristina voluntate, qua primu fuit commissa, quia pro solo tempore praecedenti fuit acceptata, & non pro sequenti. Ad ultimum negatur contentio, quia sola remissio absoluta repugnat reviviscenciae debiti, & poenae, non autem remissio ad certum tempus limitata, nam tali tempore expirato posset redire debitum, & poena adhuc propter peccatum praeteritum.

293 Postremo contra principalem huius quaestiones resolutionem, quod de potentia Dei absoluta possint redire peccata iam remissa per subsequens peccatum, si nimirum culpam absolute non remitteret, sed sub hac conditione, quod iterum homo non peccaret, arguunt Aversarii. Primo, quia implicat, Deum vere, & reipsa offensam condonare, & nihilominus in eam jus odii, & indignationis sub conditione retinere; ergo huiusmodi conditionata peccatorum remissio omnino implicat, sed absoluta esse debet, ut sit vera, & realis remissio; probatur assumptum, quia tale jus impedit totalem, & amicabilem conversionem Dei ad peccatorem, cum totaliter, & amicabilem ad illum converti est, non modo odium, sed nec ipsi ullam ad odium contra offendentem sibi reservare, etenim hoc ius, quod offensam propter offensam jus aliquod odii, & indignationis contra offendentem sibi reservat, non censetur offensam totaliter, & ex animo condonare, sed adhuc propter illam manere infensam, & aversam ab offendente, in quo etiam remaneret aliquod debitum incurrendi huiusmodi odium.

294 Confr. nam ideo merita peccati mortificata non manent extincta, sed tantum sopita, & suspensa quoad jus, quod habent ad gloriam, quia manent cum obligatione redeundi ad proprium Dominum sub conditione, si condignam de peccato egerit poenitentiam; ergo pari modo in casu nostro, ideo praeterita peccata non manebunt extincta, sed tantum sopita, & suspensa quoad moralem imputabilitatem culpae, & reatus poenae aeternae, quia manent cum obligatione redeundi ad proprium auctorem sub conditione, si iterum peccaverit. Tandem quod potest redire, non est in seipso destructum, cum implicet, quod in seipso destructum est, redire posse sine nova actione reproductione; noudum quoad culpam destructum est, ac proinde nec reipsa divina condonatione extinctum, sed tantum sopitum, & suspensum, donec postea conditione possit auctorem suum inire, & maculare.

Respon. minime implicare, talem remissionem per modum conditionatum cum vera, & reali remissione commissi delicti; si rursus homo non peccaverit; nam experientia docet, posse Principem absolvere delinquentem a debito poenae sub hac comminatione, vel conditione, quod si in conspectu peccati maculatur, fiat debitor utriusque poenae, pristinae, scilicet, & novae, cuius factus est reus ob novam culpam; Neque aliquid obstat, quod hic sit adhuc vera, & realis remissio; Tum quia pro eo tempore, pro quo non peccat, non esset talis homo dignus aeterna poena, nec Deus posset illum pro eo tempore aeterna poena condignè punire, alioquin faceret contra suum decretum, quo illi pro eo tempore peccatum, & consequenter cum eo aeternam poenam condonasset. Tum quia tali conditione executionis mandata statim talis remissio conditionata transit in absolutam, unde si homini intermittere peccatum mor. tale sub tali conditione, & tempore illo intermedio moreretur, antequam in novum peccatum laberetur, utique salvaretur; & si nullum aliud supponeretur habere impedimentum praeter debitum contentendi praeterita peccata sub conditione, si iterum peccaverit, statim ad Caelum evolare; quare non obstant tali iure in Deo, & debito in homine sic iustificato, vere, & reipsa remitteretur totum peccatum pro eo toto tempore, quo servaretur conditio, sub qua remissum fuit peccatum, ut bene dicitur A. corius loc. cit.

295 Ad primum itaque argumentum negatur assumptum cum eodem, nam cum iure, quod Deus sibi reservat ad praesens in casu contra peccatorem refundendum sub conditione, si iterum peccaverit, non repugnat amicitiae eius conversio erga talem hominem; Neque cum debito in homine incurrendi idem odium Dei sub eadem conditione, si denuo peccaverit, repugnat perfectae sanctitatis, & iustitiae in eodem homine; nam ius illud, quod sibi Deus reservat, refundendi praesens odium sub conditione, si homo iterum peccat, non est odium, ut supra dictum est, quod tantum pugnat cum vero amore amicitiae; nec debitum incurrendi praesens odium Dei sub eadem conditione, si iterum peccaverit, est peccatum, tum quia tale debitum a solo Deo imponeretur, tum quia non esset materia confessionis.

Ad Confirmationem partis illa ex reviviscencia meritorum desumpta potius nobis faveret, quia proinde nisi sumus in huius assertio- nis probatione, unde in eo casu eodem modo fieret reditus peccato-

tum iam

jam remissorum in recidivante, sicut modo fit reditus meritorum praecedentium in resurgente; & sicut modo gloria dicitur radicaliter manere in meritis peccato mortificatis, non quod aliquid gloriae, vel iuris ad gloriam ex illis de praesenti in peccatore rediret, sed quia sublati peccato ad praesens gloria statim illa revivisceret, & resurgente peccato ius conferretur ad illa; ita in eo casu pristina macula, & ordinatio ad poenam diceretur radicaliter manere in peccato propter remissio sub conditione tantum remissio, non quod aliquid illius de praesenti derivetur in hominem sub tali conditione absolute, cum quae moraliter inficit, sed tantum quia postea conditione statim revivisceret, & in pristinum statum rediret. Ad ultimum, probat tantum, peccati sub tali conditione remissum non esse absolute, & pro omni tempore destructum, aut non amplius redire possit, quod gratis concedimus, non tamen probat, quod non sit destructum, pro toto illo tempore, pro quo conditio servatur; nam sicut implicat, quod pro quovis tempore, & omni conditione seclusa, moraliter destructum, est moraliter redire, ita implicat, quod pro certo tempore, & sub certa conditione moraliter destructum est, pro tali tempore, & tali conditione servata, moraliter redire. Cessante ita potest, ut inquit A. corius, absque ullo absurdo peccata talia modo remissum dici posse sopitum, & suspensum, non autem penitus extinctum, eo quod non servata conditione possit reviviscere, & in pristinum statum redire eodem profusum modo, quo nunc demeritis de meritis per peccatum mortificatis iniquum, tamen concedendum est, pro eo statum, & tempore, pro quo tale peccatum sopitum maneret, & suspensum, alioquin maculam in sum auctorem derivare, & suspensum, alioquin non esse, & suspensum; sed pro eo tempore manet, quoad formaliter effectum maculandi hominem, ac si penitus esset destructum, eo modo, quo dicitur de meritis mortificatis quoad effectum ordinandi hominem ad gloriam, antequam a peccato resurgat.

296 Rursus contentio eandem conclusionem arguit Vaz. loc. cit. ex fundamento satis sibi familiari, quod peccator ex natura rei satisfaciat contritionem, & ex natura rei exhibet condignam, & equalis satisfactionem, qua non solum delatur peccatum, & dignitas poenae ex natura rei, sed etiam fit haeres regni caelestis, & particeps divinae naturae per gratiam; unde si Deus velle amplius renovare poenam, posset dici, ipsum punire non esse dignum poena, cum iam satisfecisset debito ad aequalitatem, & ex natura rei.

297 Confr. ille, qui digne satisfecit, & vere iustificatus est a peccato, iterum damnari non potest, aut infici, nisi propria culpa, quam denuo committat, ut offensam esset, sicut qui a servitute liberatus est iusto pretio, non potest iterum servus constitui antiqua servitute, quia denuo causam servitutis servituti, ut iterum servus constituitur. Tandem addit, idem esse sentiendum de offensa commissa contra Regem in creatis, nam si ille qui offendit Regem, dimisit poterit Rex iterum illi imponere offensam, unde iustificatus, seu poenam; si enim posset iterum revocare poenam, & culpam, si homo non fuisset condignam satisfactionem exhibitam, & per consequens nec ipsam offensam, unde ablata, sed potius revocanda esse, ac dissimulata benignitatem Principis culpam punire nolentis, quam tamen digne poenae posset.

Resp. falsum tamen illius fundamenti satis constare ex dictis in superioribus ex Scot. 4. d. 1. q. 2. s. De secundis, ubi docet, contritionem non remittere culpam, vel poenam, nam per modum condignae satisfactionis propter in proportionem, quae versatur inter Deum offensum, & peccatorem satisfaciendum, sed solum per modum dispositionis sufficientis, & merito de congruo, vel aliquis satisfactionis congruae, quae peccator exhiberi potest, quia postea Deus liberaliter condonat, & remittit culpam, & poenam aeternam; falsum est etiam, gratiam ex natura rei peccatorem iustificare, & peccati expellere, non enim id facit ex natura rei, sed ex adjuncta conditione Dei extrinseca, alioquin ex natura rei, sed sit simul cum peccato habituali consistere potest satisfactionis equalis, nec gratia iustificat per modum satisfactionis formaliter ex natura rei per adpositionem; & sic etiam neque ex tione pro poena aeterna peccato debita, ut ex professo ostensum est l. 2. d. 9. 7. de iustitia, one, quare etiam Aversarii, qui hoc utitur argumento q. 9. s. d. 2. fatetur iuxta nostra principia non concludere.

Ad Confr. patet per quod illa macula non potest per gratiam satisfaciendam deleri formaliter ex natura rei, quia non habet in vicem physicam repugnantiam, sed tantum mortalem, adjuvata, scilicet, condonatione Dei extrinseca; Et cum peccatum non solum dicat morale aversione a fine ultimo, & deformitatem a lege, sed etiam offensam, & iniuriam contra Deum, & necessario remitti debeat a Deo pro infusionem gratiae; sicut potest Deus adhuc postea peccatoris retractatione, illam non remittere; ita pariter tunc potest ad certum tempus condonare; nam ut eadem offensae redeat quoad moralem imputabilitatem, non pendet a nova voluntate peccatoris, sed a solo Deo illam sub tali conditione remittente, ut recte dicitur A. corius loc. cit.

Ad ultimum, patet exemplum de Rege allicum ad rem non faceres, quia supponit Regi condignè satisfieri ab offendente, Deo autem

per contritionem, non satisfieri condignè, & non datur in nobis iuxta nostra principia satisfactio condignè, ex natura rei pro peccato, & poena aeterna; quia contritio non habet hanc virtutem, nisi per modum dispositionis, & quatenus ex lege lata acceptatur a Christo, aut eius satisfactionem applicat, in quo remittitur culpa, & gratia iustificamus, & non ex operibus, quae est expressa Concilii Tridentini doctrina sess. 6. & sess. 14. de iustificatione, & poenitentia loquentis, & haec sufficiant de poenitentia virtute.

QUESTIO UNDECIMA.

De essentia, & existentia Sacramenti Penitentiae.

298 Postquam egimus de Poenitentia Virtute, sequitur, ut de Poenitentia Sacramento agamus, per quod intelligimus figuram aliquod, sibi utile per se institutum a Christo ad absolvendos baptizatos a peccatis post baptismum commissis; Et quid hoc esse sacramentum proprie dictum nove legis, & a Christo Domino immediate institutum, definitum est in Concilio Constantiensi, Florentino, & Tridentino, sess. 14. c. 1. & can. 3. quod institutionem huiusmodi ex illis verbis, quae dixit Christus Apostolus le. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remissio peccatorum remittitur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, quod etiam antea docuit Scot. 4. d. 2. q. 1. ubi explicans, quamam sit haec auctoritas Apostolica a Christo data dimittendi peccata, inquit, non esse potestatem principalem, quia haec est solus Dei propria, sed arbitrarium, & ministeriale, qualis est auctoritas Iud. arbitri; quod etiam adhuc magis explicat d. 1. q. 4. s. Quoad hoc secundum, ubi dicit, quod poenitentia est absolutio, id est, quod a sententia definitiva absolvens reum, non tamen sententia Iudicis principalis, sed Iudicis secundarii, vel consiliiarii, potest enim quis cognoscere in causa ex commissione, & sententia, vel pro condemnatione rei, si iudicem esse, vel pro absolutectione, si dignus sit; & tandem hoc idem confirmat 4. d. 17. q. unice.

Quod autem haec institutio facta fuerit per modum sacramenti proprie dicti contra Haereticos id negantes, ex eisdem Christi verbis deducitur, & ratione suadet, quia ad sacramentum proprie dicti duo maxime requiruntur, & sufficiunt, scilicet, ritus extrinsecus, sive symboli divinitus institutum, & promissio gratiae iustificantis illi symbolo annexae; sed in relatis Christi verbis Jo. 20. utriusque reperitur, promissio quidem gratiae in illi verbis patentissima est cum dicitur remittuntur eis, remittuntur enim peccata, cum quis iustificatur, figuram etiam sensibilem ex institutione divina efficiat, ut significans absolutectionem hominis a peccato clarissime eisdem Domini verbis insinuat, nam cum Sacerdotis concesserit potestatem remittendi, & absolvendi, plane illa potestas sensibilem sensibilem esse excedenda, cum homines corpore consent, unde absolutectionis verbum ex eo loco clare deducitur, Et cum absolutectione, qui ligati non sunt, ac etiam qui solvi nolunt, dum scilicet paratum animum non indicant recipiendi absolutectionem, nec tentantur, peccasse, & eis peccata displicere, ex eodem loco colligitur, ex parte poenitentis quoque intervenire debere ritum externum, & sensibilem figuram, quo hanc animi dispositionem Iudici Sacerdoti ostendat; nil ergo deficit, quin poenitentia, ut si sua institutionis sit vere, & proprie nove legis sacramentum.

Denique quod hoc sit sacramentum ab aliis omnibus distinctum, & diversum, & praesertim a Baptismo contra eisdem Haereticos id negantes, docet Doctor eisdem locis citatis; etenim ut constat ex dictis de sacramentis in genere disp. 1. sacramenta proprie dicta poenitentiae duo inter se distinguuntur, scilicet, poenitentia sensibile, & poenitentia effectiva, patet autem haec duo in Baptismo, & Poenitentia esse omnino diversa, nam poenitentia sensibile est absolutectio Sacerdotis, & confessio ipsa poenitentis, ut modo dictum est; figuram vero baptisimi est absolutectio facta in aqua naturali cum illis verbis, Ego te baptizo &c. sunt etiam diversa signata, & effectus, quia licet in utroque sacramento gratia iustificans significetur, diverso tamen modo fit haec significatio, nam poenitentia est signum gratiae iustificantis, quatenus hominem liberat a peccato actuali post baptismum commissum; baptisimus vero est signum eiusdem gratiae, quatenus liberat ab originali, & actuali quoque ante baptismum commissio; Qua etiam ratione probatur ab aliis quoque sacramentis distinguam in aliis pariter sacramentis diversa sunt signa sensibilia, ac diversi effectus, & signata, ut patet discurrunt per singula.

299 Circa essentiam vero, seu essentiale huius sacramenti constitutionem est valde agitata inter Scholasticos controversia, quae tamen, ut omnes sententur, est solum de nomine, & de modo loquendi; omnes enim admittunt, ad faciendum poenitentiae sacramentum haec omnia requiri, scilicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem ex parte poenitentis, & absolutectionem ex parte Sacerdotis, & sine his perici non posse, & est diffidit postea in modo explicandi, quomodo haec omnia concurrant ad sacramentum poenitentiae constituendum, an scilicet, omnia praedicta dici possint, & debeant vere, & in rigore partes sacramenti poenitentiae essentiales, vel saltem integrantes, potius in una tantum tanquam in principali consistat, in aliis vero, tanquam in circumstantiis, aut dispositionibus ad illud necessariis; Et quidem nonnulli Thom. dixerunt, essentiam huius sacramenti in actibus poenitentis consistere formaliter, & praesertim in con-

in con-